



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. iiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi
 ECCLESIAE VVORMACIEN
 sis Episcopi, de Crapula & Ebrietate,
 Decretorum Liber XIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de detestandis vitiis, Crapula, & Ebrietate tra-
 ctatio instituitur, quæque iis qui hisce vitiis implicantur
 poena iniungenda sit, docetur.

Quod crapula multum sit Christianis contraria. Cap. I.

Nihil sic contrarium est homini Christiano *Ex dictis*
 quomodo crapula & ebrietas, sicut ait domi- *Benedicti*
 nus in Euanglio: Videte ne grauentur corda
 vestra in crapula & ebrietate.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. Cap. II.

MAGNUM malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullu- *Ex decr.*
 lant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus. *Eutychia*
 Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandū esse de- *pa. ca. 9.*
 creuimus, vsque ad congruam emendationem.

*Quod episcopi & eorum ministri, crapula & ebrietate
 non debeant grauari. Cap. III.*

EPISCOPI & Dei ministri nõ debent cõmessationibus, & *Ex decr.*
 vinolentiis nimis incombere, sed considerent senten- *eiusdem.*
 tiam domini dicentis: Attendite ne grauetur corda vestra *cap. 9.*
 in crapula, & ebrietate. Moderatè enim cibū & necessarium
 sumptum, sumant, vt iuxta Apostolum sobrij sint, & parati
 ad seruitium domini.

De eadem re. Cap. IIII.

VT sobrietatem sacerdotes teneat, & hanc habendam *Ex cõcil.*
 fidelibus prædicent: quia non potest liberè sobrietatè *Cabillon,*
 prædicare, qui se mero vsque ad alienationem mentis in- *cap. 10.*
 gurgitat. Hoc & de cõmessationibus, & cæteris pestibus
 ad gastrum pertinentibus, obseruandum est.